ITEM PROBAMUS ARTEM ESSE VERAM ET POSSIBILEM PER VERBUM YSAIE PROPHETIS DICENTIS: «Egredietur virga de radice Jesse. Et de radice exiet flos et descendet et quiescet». Hic docetur quod virgo beata que fuit virga exivit de radice Jesse, et flos id est Christus exivit de radice, quia natus recepit carnem humanam in virgine que nata fuit de radice Jesse. «Acendit», id est positus fuit Christus in cruce. «Quiescet et quievit per tres dies». Queritur quomodo flos exivit a radice et virga a radice. Exemplum tale est. Deus creavit omnia ex quatuor elementis et elementa sunt radix omnium rerum que sunt in mundo. Et Christus voluit suscipere formam et carnem humanam pro nobis. Ergo exivit a radice Jesse qui fuit radix Marie et Jesse. Et omnes homines exiverunt ab Adam et Adam creatus fuit a Deo ex quatuor elementis, et elementa sunt radix omnium. Ergo Christus quantum ad humanitatem recepit formam in virgine et virgo recepit ab elementis. Ergo fuit Christus elementatus et flos exivit a radice id est ab elementis. Ita potest comprehendi in arte nostra quia argentum vivum denotatur virga, et flos denotatur elixir, et sulfur denotatur pater: mercurius exivit de eo quatuor elementis, et elixir factum est ex argento vivo in sulfure, quod denotatur pater et mater. Ex parte matris, id est mercuri, fuit elementatus et ex radice natus. Elixir interpretatur Christus. Sicut Christus de nativitate venit in mundo pro humano genere passionem mortis, resurrectionem et ascensionem [habuit]; simili modo dicitur de argento vivo et sulphure, quod exit vir iustus ab omni scellere et [...] mortis per passionem, resurrectionem et ascensionem motus. «Et postea quiescet».

YSAIAS PROPHETA: «Oblatus est quia ipse voluit. Et non aperuit os suum». Et sicut ovis ad occisionem ducitur Christus oblatus fuit et non aperuit os suum quia voluntarie recepit mortem pro salvatione nostra. Et sicut ovis ad occisionem ducitur quia propter mansuetudinem suam et benignitatem voluit nos redimere a vinculis servitutis. Sic est de mercurio ad cognoscendum potentiam Christi, et de voluntate eius voluit ellargiri benignitatem

et bonitatem ut humanum genus liberaretur ab omni paupertate et miseria per passionem et mortem mercuri. Et ideo oportet per passionem et mortem Christi intelligere quia mercurius ad occisionem ducetur.

UNDE HABEMUS PER ZACHARIAM PROPHETAM: «Percusso pastore dispergentur oves gregis». Hoc fuit in Christo quando captus fuit a yudeis, fugierunt apostoli et dimiserunt eum in manibus eorum; et in mercurio: quando mercurius captus est ab eo fugiunt socii et fratres, id est salsedines et pinguedines et accidentia.

SALAMON REX: «morte turpissima condempnavit eum». Sicut Christus condempnatus fuit morte turpissima, illa condempnari oportet mercurius.

JOHEL PROPHETA: «Sol convertetur in tenebras et luna in sanguinem». Hoc fuit quando faciebat orationem, quod facies eius propter timorem mortis pessime obscurabatur et sudabat et ille sudor vertebatur in sanguinem, id est totum corpus quod denotatur luna, et facies sol. Et sic de mercurio: propter sudorem mortis sudat et obscurat in preparatione. Et ille sudor vertit in sanguinem, sicut Christus propter passionem et mortem oculi et facies sua erat obscurata, et corpus totum rubeum per sanguinem. Et illa est in mercurio.

DANIEL: «Post lxii ebdomadas occidetur Christus». Ita post lxii preparationes occidetur mercurius.

JONAS PROPHETA: «Tribus diebus stetit Iona in ventre ceti». Ita Christus post mortem tribus diebus fuit in monumento. Etiam de mercurio: post mortem debet stare tribus diebus in monumento.

OSEE PROPHETA: «Post duos dies vivificabit et tertia die resuscitabit nos. Et sic oportet nos mori bis et postea vivificari». Et illa de mercurio bis oportet mori et vivificari.

JOB PROPHETA: «In carne mea videbo deum». Et post vivificationem Christus fuit pulchrior et fortior quam antea esset: demonstravit potentiam suam, virtutem et pulchritudinem suis prophetis et apostolis. Et sic mercurius post resurrectionem et vivificationem est pulchrior, purior et nobilior in virtute.

ABACUC PROPHETA: «In medio duorum animalium inveni» etiam eum; id est Christus stetit in cruce in medio duorum latronum. Et in nativitate sua in medio bovis et asini. Et in mercurio in natione, in medio sulfurum et arsenici. Et in morte similiter.

MOISES: «Lignum vite in medio paradisi», id est habere fidutiam in passione et morte, resurrectione et ascensione Christi. Similiter in mercurio quando citrinus est in medio albi et rubei, tunc opus est perfectum.

MALACHIAS: «Statim veniet ad templum sanctum suum dominator quem vos queritis», id est Christus quando suscitavit et extraxit sanctos

prophetas de vinculis et tenebris. Sic de mercurio, quando vivificatus [est], omnes tenebre fugiunt ab eo, clarificat se ipsum et albificat et rubet rubore puro et optimo.

AGGETIS: «Veniet desideratus cunctis gentibus et replebitur gratia domus domini», id est veniet Christus desideratus a prophetis ad redimendum humanum genus. Et sic mercurius desideratus a cunctis gentibus et tunc replebunt domus domini gratia. Et mille grates referamus Christo de beneficio.

Fili sapientium, intelligite quod ars philosophorum nuncupatur a philosopho Hermete Ars artium et in ea potest referri passio Christi. Et Christus fuit nobis exemplum in hac arte. In Christo habemus exemplum morte sua, passione, resurrectione et transmiratione.

Queritur qualiter mercurius per Christi passionem et mortem in cruce regatur. Et per eius resurrectionem et transmirationem perficitur ars. Hic in Christo quatuor passiones et resurrectiones notantur secundum doctores verum esse.

Prima passio Christi fuit quando captus fuit et ligatus per missum Pilati ad columpnam lapideam, everberatus et percussus in corpore suo verberatione tali et percussione quod suum pretiosissimum corpus a capite per corpus usque in terram fluebat sanguis, et illo sanguine pretiosissimo redempti fuimus; et tota caro, nervi et vene eius sunt dirupte et fracte in passione illa.

Secunda fuit corona spinea que in capite suo firmata fuit pessima et fraudolenta derisione. Et per dyadema illud lux que in tenebris erat occultata visibili apparitione apparuit. O quam pretiosum diadema erat illud nobis; spinea [...] per capud usque ad cerebrum perforavit crudeli iniquitate. Cerebro Christi perforato sibi mortis designat gaudium et letitiam, et amorem demonstravit; per passionem illam gaudio perpetuo memorabiliter diademate aureo erimus coronati.

Tertia Christi passio fuit ascensio crucis manibus et pedibus perforatis clavis ferris, in qua recepit mortem et totum corpus rubuit rubore clarissimo. Et per istam passionem obiit Christus: et nos per duos dies resuscitati sumus.

Quarta fuit quando potatus fuit felle et aceto: tunc quievit. Et post passionem crucis admisit totum sanguinem suum et humorem per quem nobis fuit vita perdurabilis. Et vivificati fuimus post tres dies. Mortuus, Christus positus fuit in monumento novo et requievit tribus diebus et noctibus et postea vivificatus est. Et tertia die surrexit a mortuis fortior et pulchrior apparitione visibili quam in vita sua, voluit pulc[h]ritudinem suam demonstrare que erat in occulto, demonstravit apostolis, scilicet in vestibus candidis fulgore resplendenti pulchritudine manifesta et aperta.

Filii philosophorum, intelligite quomodo regimus mercurium secundum exemplum Christi. Colligite quod quattuor passiones fuerunt in exemplo Christi, et quattuor in mercurio. Et hoc breviter exponamus. Et notatur quod sicut passio Christi in corona cerebrum perforatum [est], sic in mercurio ipsum extraentem. Tertia passio fuit crux Christi ubi pependit et anima penam recepit. Etiam in mercurio per decotionem ut rubescat, et denotat illa rubedo corpus Christi, faciem suam et corpus fuscum et tenebrosus, quod denotat mortem. Quarta passio cum dixit «Consumatum est», «Sitio», quando fuit in ligno, et signat mortem inclinato capite. Sic in mercurio qui imbibitur et essicatur et designat mortem.

Ecce habemus quattuor passiones que designantur in mercurio ad nuntiandum mortem. Postea debet in sepulcro poni. Et ibi stet per tres dies et noctes sicut Christus, et resuscitabitur candidus et rubicundus, deinde transmigrari animam. Transmigratio nihil aliud est sed corpus quod moriturus erat non potest amplius mori nec corrumpi. Et anima que penalis erat non potest amplius penam recipere. [...]

Liber prophetiarum Raimundi Lulli ceu Arnoldi de V. Nova

In nomine sanctissime Virginis Marie genitricis domini nostri Jhesu Cristi (*sic*) sequuntur adaptaciones quarundam profetice dictorum (*sic*) de gloriosa passione eiusdem domini nostri ad opus nostri elixir quod est speciale Dei Donum quo magnificari christianismus potest, gentes infideles pessimum[...] per dilatacionem nominis et glorie Christi.

DEUS FECIT NOVUM SUPER TERRAM. Hoc enim comprehendit quod omnia que sub celo sunt sunt creata et facta per dispositionem Dei ad formam debitam super terram et in terram revertuntur. Et Deus voluit mittere filium suum pro humano genere fieri in terra de terra et recipere formam humanam et hominis veri. Et terra fuit et terram sanctificavit pedibus suis super terram ambulavit. Et verum dixit propheta quando dixit: NOVUM FECIT DEUS SUPER TERRAM, quia vegetabilia et animalia metalla que facta sunt a Deo ex 4or elementis et habent originem ex eis super terram et in terra revertuntur. Et iam per similitudinem philosophorum Mercurius comparatur homini et vegetabili, quia vegetabilia sunt composita ex 4or elementis et habent originem ex eis. Et ideo dicuntur in terra et super terram passionem habere et mortem et resurrectionem suscipere. Et de terra visibiliter in celum ascendere et requiescere et animas prophetarum secum adducere. Unde regraciandum est nobis Deo primum quia per potenciam suam nobis gratiam largiri voluit quod de invisibili visibile possemus facere et naturam administrare. BENE NOVUM FECIT DEUS quando de celo in beatam virginem venit super terram et de terra in celum ascendit.

ISAIAS ITERUM DICIT: EGREDIETUR VIRGA DE RADICE JESSE ET DE RADICE EIUS EXIET FLOS ET ASCENDET ET QUIESCET. Hoc denotatur quod beata virgo que fuit virga exivit de radice Iesse et flos, idest Christus, exivit de radice quia natus recepit carnem humanam de virgine que nata fuit de radice Jesse. Et positus fuit Christus in cruce ET REQUIESCET, quia quievit per tres dies. Quis et quomodo flos exit a radice Jesse exitum tale est. Deus creavit omnia ex 4or elementis et elementa sunt radix omnium rerum que sunt in mundo maiori. Et voluit suscipere formam et carnem humanam pro nobis: ergo exivit a carne, idest a radice Jesse, que fuit radix Marie et Jesse et omnes homines exierunt ab Adam. Et Adam creatus fuit ex 4or elementis et elementa sunt radix omnium. Ergo Christus quantum ad humanitatem recepit formam nostram in virgine, et virgo recepit ab elementis, ergo Christus fuit elementatus et exivit flos a radice, idest ab elementis. ITA POTEST COMPREHENDI IN ARTE, quia argentum vivum denotatur virga et flos denotatur elixir factum ex argento vivo et sulphure que denotant patrem et matrem. Et ex parte matris, idest mercurii, qui fuit elementatus et ex radice natus elixir interpretatur Christus qui venit in mundum pro humano genere passionem et mortem, resurrectionem et ascensionem facere. Simili modo oportet ut de argento vivo et sulphure exeat vir iustus, ab omni scelere et nephas immunis, passionem mortem resurrectionem et ascensionem facturus et postea quiescet immortalis. Deo gracias.

ISAIAS PROPHETA: OBLATUS EST QUIA IPSE VOLUIT ET NON APPERUIT OS SUUM, quia voluntarie recepit mortem pro salvatione nostra.

SICUT OVIS AD OCCISIONEM DUCITUR, quia per begninitatem (*sic*) et mansuetudinem suam /f. 217v/ denotat mortem mercurii.

QUARTA PASSIO CHRISTI, in qua dixit «Sitio» et «Consummatum est», et inclinato capite emisit spiritum que fuit mors. Sic in mercurio quia imbibitur et desiccatur designat mortem.

ECCE HABEMUS QUATUOR PASSIONES que designantur in mercurio ad [...]ciandum mortem. Postea debet in sepulcro poni et ibi stat per 3 dies et noctes, et sicut Christus resuscitabit candidus et rubicundus. Deinde transgredi transgressores quia corpus quod mortuum erat non potest amplius mori nec corrumpi. Et anima que penalis erat non potest amplius penam recipere. Et quia constat argentum vivum habere in se suum sulphur, ideo solum argentum vivum sufficit in hac arte quoniam habet humidam substantiam ab aere et ab igne ignem. Et ideo assimilatur ovo in hac arte quia ovum habet ista 4or, testam scilicet, vitellum, glarum (albumen *supersc.*) et germen. Vitellum ponitur solummodo in medio idest humidum radicale et fontale quod est in materia vegetabili et eciam in omni corpore elementato.

NOTA quod 4or sunt spiritus scilicet sulphur, arsenicum, auripigmentum et sal armoniacum et mercurium; et sunt unum et idem in corpore et

diversam apparentia. DENOTATUR PER IMPERATOREM ALEXANDRUM quod sulphur est corpus, arsenicum sanguis, idest aer, argentum vivum aqua est in spiritus defluens per totum corpus et sal armoniacum complectens inter se [...] qui igneis est. Et nota quod corpus est siccum elementatum et anima est calida et sicca, spiritus humidus et calidus. IN ARGENTO VIVO sunt 4^{or} colores qui figurant 4^{or} naturas, scilicet album, rubeum, nigrum et citrinum. Et oportet quod dividatur in tres, ita quod duo faciant tria et 4^{or} quinque et duo unum et sic ars tota completa est. Et necesse est quod unum de 3bus sociis redeat. ET HOC EST ALMIZADIR VERUM ET PERFECTUM. DEO GRATIAS.

EXPLICIT LIBER PROPHECIARUM.

APPENDICE IV

La distillazione dei quattro elementi

E' già stato segnalato (I.2b, nota 72) lo stretto intreccio che esiste fra i tre testi che qui sotto riportiamo su colonne parallele per metterne in evidenza analogie e divergenze.¹⁸⁵ La caratteristica distintiva di questi tre testi è che, fra quanti propongono come scopo dell'alchimia la preparazione dell'elixir, essi sono gli unici ad utilizzare esclusivamente sostanze di origine organica (un'erba nel *Secretum* pseudobaconiano e nel *De vita*, il sangue nella *Epistola*), che, sottoposte a distillazioni successive, permettono di ottenere sostanze di aspetto e caratteristiche fisiche diverse, che sono identificate con i quattro elementi (*ignis, aer, aqua, terra*).¹⁸⁶ I primi tre elementi sono considerati dei farmaci di potenza crescente: *aqua* e *aer* o *oleum* costituiscono rispettivamente un alessifarmaco ed un preparato per la conservazione della gioventù, ma il più forte di tutti è *ignis*, di cui è detto che può ringiovanire i vecchi e addirittura allontanare la morte – motivo per cui è definito *elixir vitae*.

Mentre però questa definizione indica, nei primi due testi, un'affinità di fondo con l'elixir trasmutatorio (che del resto viene fatto mediante il quarto elemento, *terra*, che indica il residuo secco della distillazione), l'*Epistola ad Jacobum de Toletis* si caratterizza non solo per l'uso di una sostanza diversa, ma

185. I testi sono riprodotti dalle edizioni indicate, senza alcun intervento di chi scrive.

186. Cfr. PEREIRA, *Teorie dell'elixir*, cit.

anche per la netta sottolineatura del carattere non alchemico dell'*elixir vitae* ottenuto mediante la distillazione e dunque per l'uso esclusivamente strumentale della tecnica alchemica, che peraltro è richiamata esplicitamente. Possiamo concluderne che quest'ultima opera propone una cosciente utilizzazione farmacologica di conoscenze ottenute in ambito alchemico.

A questo proposito si deve osservare che proprio la distillazione del sangue umano era stata considerata da Ruggero Bacone nel *De erroribus medicorum* un mezzo che l'alchimia offre alla medicina per dimostrare le proprie basi teoriche:¹⁸⁷ egli infatti interpretava in senso alchemico un passo del *Canone* di Avicenna in cui si descrive la separazione dei quattro umori dal sangue, sottolineando l'importanza per il medico di ottenere le conoscenze prodotte nella pratica alchemica.

R. Bacone (attr.), Incipit secretum secretorum naturae de laude lapidis Philosophorum [in Sanioris medicinae ...]

1.

A. Da Villanova (attr.), De epistola continente virtutes lapidum [= cap. 10 del De vita philosophorum, testo dell'ed. Calvet]

1.

A. da Villanova (attr.), Epistola ad Jacobum de Toletto de distillatione sanguinis humani (testo dell'ed. Payne)

1. Magister Jacobe amice carissime, dudum me rogasti ut tibi secretum meum de sanguine humano, quod divina favente potestate, si per mei industriam quamvis non totaliter per multiplices experientias cum multiplicibus laboribus adinveni aliqua de quibus expertus essem transscribendo, significarem. Et quamvis diu distulerim, tamen iam senio appropinquante, omni livore semoto, ea quae de hoc secreto sum expertus, plenius enodabo.

187. *De erroribus medicorum* in Rogerii BACONIS *Opera hactenus inedita*, vol. IX, ed. R.G. Little, E.H. Whittington, Oxford 1928, pp. 156-157. Il passo avicenniano cui Bacone fa riferimento è il capitolo I.1.4.1. del *Canone*.

2. Secretum secretorum naturae audiant secreti quae loquor et dilecti verba oris mei.

3. Spiritus ubi vult spirat, et ideo in puteum poenitentiae incendatur, qui nequam vel fatuo hoc magnum revelaverit secretum, quia hoc est ultimum secretum, quod antiqui quaesiverunt, nec invenire potuerunt, scrutati sunt, et defecerunt scrutantes scrutinio.

4. Nam istud secretum est coeleste donum, nobis indignis in vegetabilibus destinatum, quod nec medici cognoverunt, nec philosophi perceperunt: sed nos moderni divina gratia habemus per experientiam, et cognovimus tantae rei efficaciam, quod nec vivens valet excogitare, nec digna vox doni copiam virtutis explanare, et ideo in puteum poenitentiae cadat, qui nequam fatuo hoc revelat.

5. In Dei ergo nomine recipe istud donum coeleste, et extrahe ab eo elementa ut scis, et custodi bene quodlibet elementum ab aere.

2. Audiant secreti quod loquor et dilecti verba oris mei.

3. Spiritus sanctus ubi vult spirat. Et ideo in puteo prime retrudatur qui fatuo revelabit hoc secretum, quia antiqui quesierunt nec invenerunt, quia non potuerunt scrutati sunt, quia illud non invenerunt nec haberunt.

4. Et istud secretum Donum Dei celeste vobis indignis a Deo in vegetabilibus destinatum, quia nec medici agnoverunt nec etiam philosophi ab Aristotele perceperunt. Sed nos moderni habemus et per experimentum cognovimus tante rei efficaciam, quia nec mens excogitare valet nec lingua virtutum doni huius copiam explicare.

5. Accipe ergo in Dei nomine istud donum, et extrahe elementa prout scis et custodi quodlibet elementum ad partem ab aere.

2. Audi ergo, et audiant secreti et dilecti verba oris mei,

3. quia spiritus sanctus ubi vult spirat et ideo in puteo poenitentia recludatur, qui fatuo alicui vel impotenti revelabit, quod antiqui requisiverunt nec invenire potuerunt, et scrutati sunt et illud non habuerunt.

4. Est et enim donum coeleste, nobis indignis a deo destinatum, quod nec medici cognoverunt, nec philosophi, qui in alkimia laboraverunt, perceperunt. Sed testor deum, quos per varios labores, quos longo tempore in arte alkimia sustuli, prout scitis per experientiam cognovi, istius rei efficaciam tantam esse quod non sufficio tantae vigoris virtutem plenius explanare. Et ideo in puteo poenitentiae recorderis.

5. Accipias ergo hoc secretum sc. sanguinem humanum, et sit sanguis virorum sanorum et aetatis infra 36 annos, et extrahito quatuor elementa, prout bene nosti in alkimia, et obtures bene quodlibet elementum per se, ne aer subintret.

6. Nam aqua ista valet omnibus aegritudinibus tam calidis, quam frigidis generaliter, eo quod est occultae naturae, maxime patientibus vicium in spiritualibus. Venenum declinat a corde, arterias humectat et dilatat, contenta in pulmone sine violentia dissolvit, et ipsum ulceratum non obstante commotione consolidat, sanguinem mundificat, contenta in spiritualibus purgat, et ea munda conservat ab omni corruptione, po[.]ta a languente fit bona spes.

7. Oleum valet iuvenibus, ut in eodem statu, et fortitudine permanant, si utantur eo, etiam paulatim in modica quantitate in cibariis suis. Et haec est ratio quare hoc oleum tantae virtutis est, quia nullo modo permittit sanguinem putrefieri, neque phlegma super dominari, neque melancholiam super exaltari, nec chole-

6. Aqua enim valet omnibus infirmitatibus tam frigidis quam calidis generaliter et est occulte nature. Maxime valet patientibus in specialibus: venenum declinat a corde, arterias humectat, et dilatat contenta in pulmone sive violentia dissolvit et ipsum ulceratum non obstante moderatione consolidat, sanguinem mundificat corruptum contentum in spiritualibus, et ea munda preseruat a corruptione potata ter a languente fit bona spes.

7. Oleum valet iuvenibus ut in eodem statu fortitudine et pulcritudine permanant, si utantur eo paulatim in modica quantitate in cibariis suis. Et hec est ratio quia istud oleum est tante virtutis quod nullo modo permittit sanguinem putrefacere, nec fleuma superdominari, nec melancholiam super exaltari, nec etiam

6. Aqua enim valet omnibus egritudinibus, tam calidis quam frigidis. Eo quod occultae est naturae, et complexionem lapsam reducit ad temperamentum. Et maxime vale in patientibus vitium in spiritualibus et venenum repellit a corde. Arterias etiam ipsas habet dillatate et humectare. Et dico pro constanti quod flegma grossum in pulmone retentum sine molestia dissolvit, et ipsum ulceratum, non obstante commotione, consolidat. Et breviter omnia corrupta in pulmone et membris spiritualibus purgat, et ea purgata preseruat a corruptione. Sanguinem etiam ultra omnem medicinam naturalem mondificat. Item fluxum ventris, a tota specie, curat. Apos-tema etiam a lateris mire sanat.

7. Aer etiam multum valet ad predicta, et forte plus quam aqua ipsa. Et maxime valet in iuvenibus, ut in eodem statu fortitudinis et pulchritudinis permanant, si utantur eo paulatim et in modica quantitate; et est quasi tantae virtutis quod nullo modo permittit sanguinem putrefieri, nec flegma superdominare nec

ram aduri. Praeterea multiplicat sanguinem ultra modum, et sperma. Et ideo oportet quod utentes hoc oleo saepe phlebotomentur. Insuper hoc oleum aperit nervos, et si ad membrum diminutum fuerit appositum, ad debitam metam reducit ipsum. Item, quod probatum est, si iuvenis in aetatis suae augmentum habuerit oculum crepatum, si intus ponatur de hoc oleo qualibet die una gutta, et teneat in quiete per mensem, redditur ei visus sine dubio. Item, si in aliquo membrum superfluum invenitur aut putrefactum, statim dissolvit et deponit totum; et si invenit diminutum, addit et perficit ipsum.

8. De igne vero est mirabile, quia valet ad omnia supradicta sicut oleum, et quod plus est, de sene facit iuvenem, et de mortuo vivum. Hoc intellige, quia si in hora mortis singulis detur de

coleram aduri; propterea ultra modum multiplicat sanguinem, et sanitatem, et sperma. Et ideo oportet utentes hoc oleo, ut minutatione sanguinis utantur per fleubothomiam, insuper hoc oleum aperit nervos et venas; et si aliquid membrum fuerit diminutum reducit ad debitam metam. Item probatum est quod iuvenis ante statum suae aetatis, si in augmento utatur, erit fortis et magnus ultra modum. Item si in oculo ponatur de hoc oleo una gutta, quolibet die, per mensem, et fuerit in quiete, per ipsum mensem, sine dubio reddit visum. Item si in aliquo membro fuerit aliquid putrefactum statim dissolvit, et deponit, et si inuenerit aliquid diminutum, addit.

8. De igne vero est mirabile quia ad omnia predicta valet, et quod plus est, de sene facit iuvenem et de mortuo vivum. Hoc est intelligendum quod si in ora singultus mortis de hoc

coleram aduri. Praeterea ultra modum multiplicat sanguinem et sperma. Et ideo oportet quod utentes eo saepe flebotomentur. Insuper illud elementum aperit nervos et venas, et si aliquid fuerit in ipsis diminutum, reducit ipsum ad debitum temperamentum. Insuper probavi quod si iuvenis aliquis ante statum suae aetatis seu in augmento qui habuerit oculum crepatum, quod si quolibet die de hoc elemento una gutta intra ponatur et si se tenuerit in quiete per mensem, sine dubio reddetur sibi visus. Item si in aliquo membro aliquid superfluum, putrefactioni aptum invenitur vel quod existit putridum, statim dissolvit et tollit, et si inveniat diminutum addit restaurando. Et valet hoc elementum in apoplexia, epylepsia, scotomia, vertigine, dolore emigranea et in omnibus istis debet administrari cum aliquo electuario ad propositum valente.

8. Ignis vero preciosior et admirabilior est, et ad omnia valet, ad quae valet aer. Et quod plus est, de mortuo homine facit vivum. Hoc ita intelligendum est, quod in hora singultus mortis

hoc igne sicut granum tritici distemperatum cum vino, ita quod guttur transeat, vivificat ipsum, ingreditur ad cor, et calefacit; et subito malos expellit humores, et adnichilat; et deponit venenum et vivificat calorem naturalem usque ad hepar; et si senex utatur hoc in modica quantitate, et adhibuerit aquam auri, tollit omnes aegritudines senectutis, ita quod corda et corpora iuvenilia possidebuntur: et ideo vocatur hic ignis Elixir vitae.

igne quantum granum tritici distemperatum cum vino minstretur ita vt guttur transeat reuiscet eum et ingreditur in cor, et calefacit ipsum, et subito expellit superfluos humores, et adnichilat, et deponit venenum, et viuificat calorem naturalem vsque ad epar. Et si senes vtantur hoc igne in valde modica quantitate, et adhibuerit aquam, tollit egritudines senectutis. Ita quod corda et corpora iuuenilia possidebunt, et ideo vocatur hic ignis elixir vitae. Ideo in puteo et cetera.

detur de hoc igne, ad quantitatem grani tritici, distemperato cum vino, ita tamen quod guttur transeat, revivificat ipsum hominem, et ingreditur ipsum cor subito expellendo superfluos humores, et cum hoc vivificat calorem naturalem ipsius epatis, ita quod quasi per unam horam ipse infirmus poterit loqui et disporre de testamento, et confessione. Et per hunc modum feci et vidi facere miraculum apud D. comitem pharisiensem qui quasi mortuus iacuit, et statim postquam hoc medicamen sumpsit, confitebatur delictum suum cum multa contritione, et post horam expiravit. Et istud apud quamplures alios sum expertus. Item si senex utatur hoc igne, omni die in modica quantitate, subleuat senectutem, exhilarando corda ipsorum, ita quod iuvenilia possidebit corda. Et ideo vocatur hic ignis Elixir vitae, nec tamen est Elixir alkimia, quia hoc est de sanguine putrefacto. Istud vero non fit de putrefacto, quia si esset de sanguine putrefacto, natura humana nimis abhorreret huiusmodi medicinam.

9. De terra vero est aliud mirabile, quia si aqua rarificetur ter per terram, et qualibet vice calcinetur, et terra ultimo dissolvatur in aqua sua, et distilletur per filtrum, et post congeletur accipiendo aquam per alembicum, habebis sal de terra, qui si fiat fusibilis, ut scis, retinebit Mercurium; et aqua, si sit rarificata, figit omnes spiritus.

10. Item, si ignis dissolvatur in aqua vitae donec rubicunda sit, et intus ponatur Mercurius fixus, super lentum ignem, dissolvitur. Et cum dissolutus erit, additur ei tertia pars salis Solis, statim fit unum corpus, et coagulatum cum aliquantulum de alumine, fit inde lapis rubeus: quod si cum humiditate Mercurii vel arsenici adiungatur, vivificetur, et fit Elixir super Mercurium vivum, una est pars supra mille.

11. Et notandum, quod hoc donum Dei est quaedam herba communis, et despecta, quae vocatur S. Et haec herba dat amorem deferentibus, securitatem et audaciam, et in palatio victoria.

9. De terra est aliud mirabile quia si in aqua rectificetur ter terra et, qualibet vice, calcinetur terra, et vltimo dissolvatur in sua aqua, et distilletur per filtrum, corpus compelletur, recipiens aquam per alambic, habebit salem de terra, quoniam sal, si fiat fluxibilis vt scis, retinebit mercurium et aqua rectificata fugit omnis spiritus.

10. Item si ignis dissolvatur in aqua, donec rubicunda sit; et infra ponatur mercurius fixus super lentum ignem, statim dissolvit, et cum dissoluta fuerit addantur ei 3 partes solis et statim fit vnum corpus, quod congelatur cum aliquantulo luminis nostri; et tunc fit lapis rotundus quod, si in humiditate mercurii et a ceruice viuificetur, fit elixir super mercurio vino vna pars super illo et ideo in puteo et cetera.

11. Et nota quod hoc dictum est herba communis que omni tempore inuenitur. Nam eam habent tam pauperes quam diuites et est vilis et erecta candens membrum cuius virtutes occultantur. Nec antiqui voluerunt aliquid de ea ostendere, primo maxi-

me voluerunt eam occultare. Hec herba dat amorem et dilectionem, et defensoribus audaciam et securitatem, et in placito victoriam et, quod plus est, si lapis magnetis rotundus fuerit ex ipsa herba inuolutus et in panno albo deferatur deferens honorabitur a magnatibus; et si accusatur de crimine, dum super se eam habebit, non nocebunt ei accusatores. Hec herba fugat malignos spiritus et homines et ideo in puteo et cetera.

12.

12. Item aliqui nesciunt elementa separare sed ponunt eam ibidem in aque vite scilicet duodecies distillata et statim aqua trahit ad se virtutem et fit aqua cisterna valde de qua accipiunt cum vino quantum auellana capit et retardaerunt hoc sufficere ad omnes egritudines corporis vitandas et ideo in puteo et cetera.

Explicit Secretum secretorum

Explicit liber vite philosophorum magistri Arnoldi de Villanoua. Deo gratias.

12. Et scias quod si elementa ipsa secundo distillata fuerint, meliora erunt in effectu. Et si tertio fuerint distillata, optima fiunt, et per ea homo vivere poterit usque ad periodum ultimum suae vitae, absque infirmitate aliqua, si ipsis utatur omni die vel alter. Et tanta est scientia in his distillationibus ultimis quam admodum est in distillationibus Alkimiae.
Explicit.

APPENDICE V

Arnaldo e Lullo nella leggenda

Fra le testimonianze che collegano il nome di Arnaldo considerato come alchimista a quello di Raimondo Lullo, che ne sarebbe stato il discepolo, quella conservata in un tardo testo sulla medicina alchemica mette in evidenza, con le modalità fantastiche che caratterizzano le biografie ermetiche post-rinascimentali, motivi strutturali riconoscibili, anche se per ora solo frammentariamente, nella vicenda storica dei testi medici e alchemici collegati ai nomi dei due grandi catalani. Ne riporto dunque il prologo ed il monologo iniziale che mettono in evidenza tali motivi. Il testo è conservato nel manoscritto di München, Bayerische Staatsbibliothek, CLM 10493d, pp. 1-6.

Testamentum primum... scriptum apud Parisios cum corde devoto ad Dominum Deum Omnipotentem per ipsum Arnaldum celeberrimum ac doctissimum et egregium Medicum in secretis naturae, qui mirabilia fabricavit per totam universam terram et apud Parisios et Tolosam fecit videre magnas virtutes suas in sanandis omnibus corporibus infirmis, quod omnes homines mundani tenent pro impossibili, sed iste Doctor catholicus et fide dignus curavit infirmum Ponteficem a lepra et liberavit sane et sic etiam Ducem Venetum et regem Castiliae a venenis liberavit in Hispania, in qua regione multa et magna mirabilia fecit, sanavit multitudinem magnam infirmorum corporum per totum mundum et fama suarum infinitarum virtutum sparsa fuit ad Dei honorem, cui gratias semper agimus infinitas ...

Ego Arnaldus de Novavilla Catalanus gaudium magnum possideo propter scientiam istam, fui in omnibus partibus mundi et per totum mundum fama viget de bonis operibus quae feci, et Deus fuit mihi in adiutorium, et dignus non sum scire illud quod scio de secretis Dei, sed divina sua clementia ac pietas et bonitas, suaque infinita largitas fecit me suum vicarium suumque gubernatorem suorum secretorum et suae clavis et secreta naturae posuit in manu mea de animali vegetabili et minerali ad sananda omnia corpora infirmorum a quocumque morbo, etiam ad metalla imperfecta et argentum vivum in solificum et lunificum transmutanda, meliora omni minerali, expoliando omnes sulphureitates suas, dedit mihi Dominus Deus benignus gratiam faciendi omnia genera lapidum pretiosorum transmutando crystallum et de vitro faciendi omnes lapides miraculose.

Ego Arnaldus feci, et homines mundani non credunt, et ego probavi vidique mirabilia, quae Deus mihi dedit, quae sunt sua secreta; gaudeas tu

fili mi Raymunde de tali libro, quoniam tu non credis potentiam transmutandi corpora infirma, non credis in talibus rebus transmutantibus, sed gratiam semper super te infundat Deus, ut capere possis secreta, quae sunt in gremio naturae reposita.

Et charissime mi Raymunde sapientissime, debes advertere, quod scientia ista est speciale donum Dei, nec credas habere illam, nisi fueris devotus, bonus et fidelis Domino Deo omnipotenti, alias nunquam eam tu habebis, quoniam qui non est justus et fidelis Deo, nunquam possidebit regna caeli caelorum, quoniam Deus justus omnia cum justitia facit; mi Raymunde dilectissime fili, rogo te, ut observes Dei mandata, quoniam si non timebis Dominum Deum tuum venient super te maledictiones, et si non observabis mandata Dei eris maledictus, quoniam ista scientia non est infusa malis hominibus, neque illis qui volunt magnas possidere pecunias.

Ego Arnaldus de Novavilla vidi magna secreta in sanando omnes infirmos, qui erant a nostris Physicis derelicti, et nos omnes sanavimus cum Dei auxilio. Et ego Arnaldus de Novavilla Catalanus fui in omnibus partibus mundi et tumultum magnum fecerunt Physici super nostra medicina praecipue in tempore, quo ego sanavi Regem Argutum Neapoli a morbo canceri, magna mirabilia fecit illa medicina, infamatus fui a Physicis insipientibus, dicentibus quod ista medicina esset negromantica, et amplius nolebant ut ea uteremur propter invidiam; et ego eos confudi et feci videre, quod ista est medi[c]ina Dei nobis data, et quod ista medicina est imperatrix omnium medicinarum, et corona regalis et rosa pretiosa, et est illa divinissima, quam omnes Patriarchae et Prophetae occultaverunt semper, nec voluerunt aliquid de ea patefacere, quoniam est summum secretum Dei et per suam summam gratiam nobis datum; et ad Deum spectat dicere de tali medicina, non ad homines mundanos.

Caveas tibi dilectissime Raymunde, ne reveles nisi fuerit per divinam inspirationem et uni reali amico tuo, et non aliis, quoniam si fuerint plures uno, scientia tua ista est vilipensa, annihilata et vituperata, et amicus sit ille, cui patefacere velis, et cum juramento super altaria magna hoc facias, caveas tibi charissime, ne furor Dei super te cadat, non observando sua praecepta.

O fili Raymundi [*sic*] mi charissime, tu vidisti, quod feci aurum bonum, tu vidisti, quia fecimus quintam essentiam, quam caelum appellamus, et tu non credidisti nisi cum vidisti et manibus tetigisti, et cor tuum induratum erat; crede charissime quia ista est mirabilis gratia, quam Deus mihi dedit, quoniam cum hac scientia ego emerem totum mundum; si ergo charissime in Christi nomine volueris cor tuum ad Deum elevare, in manus tuas ego ponam scientiam istam, quoniam cum hanc habebis, habebis omne secretum sub Dei imperio in mundo.

Fili, praeceptum meum tene charum apud cor tuum, et noli verba mea praeterire, caveas /p. 6/ tibi ab omnibus malignis malevolis et accumulato-ribus monetarum et thesaurorum et eis qui nolunt obedire verbis servato-ris. Caveas tibi, fili, a Principibus malignis ac tyrannis, quoniam illis non convenit scientia sacrata. Caveas tibi, fili, a mercatoribus malis Praelatis, quoniam omnes sunt indigni, caveas a malis iudicibus, potestatibus malis et ab omnibus idololatrīs inimicis Ecclesiae, qui destruerent totum orbem, caveas tibi, fili, ab omnibus in mundo, nisi fuerit per divinam inspiratio-nem quoniam Deus inspirabit te ad aperiendam scientiam, quando eam habueris.

Et hoc tibi dico, tene secretum in tuo pectore, nec ulli dispergas copiam huius mei brevis Testamenti ad laudem Christi. Tu vidisti caelum, quod feci, et alias res vidisti: precor te, et moneo, ut velis hanc scientiam exequi et studere pro amore Dei et pro pauperibus et servitio Ecclesiae, quoniam magnum donum Deus dat illis, qui sunt inspirati in istud ma-gnum secretum per summum factorem caeli et terrae, nobis datum et revelatum, quoniam cum ista scientia nos habemus omnes divitias omnes-que thesauros sanitatemque perpetuam, et magnam gratiam possidemus per hanc pretiosissimam scientiam, quae est principalis in toto mundo. Beatus est ille vir bonus, qui istam habet, beatus est ille, qui tantum donum habet, quoniam omne gaudium habet de ista scientia.

Et si infirmitates super corpus tuum advenerint, dico omnes infirmita-tes tam calidas quam frigidās, ista medicina facile curare poteris, fili cha-rissime. Qui tale donum habent sunt a Deo electi in fabricando divina sua secreta. ..